



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Diuortium ex causa Adulterij carnalis. §. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

§. II.]

Divortium licitum est ex causa adulterii.

Ubi

Cujusnam adulterii?

1. Quod licitum sit Divortium, scilicet separatio perpetua, quoad thorum, & cohabitationem ob adulterii crimen, certum est ex fide, ut constat ex Matth. a Certum etiam est ex lumine naturæ; quia frangenti fidem, fides servanda in eodem contractu non est, ut docemus omnes.

2. Quoniam verò æqualis fides utrique conjugii debetur, pares in hoc sunt conjuges, nec potest, sive lege, sive consuetudine introduci, ut Divortium celebrari queat ob adulterium uxoris, non verò ob adulterium viri; Dixi (esse pares in hoc) nam in criminalibus pares non sunt. Cum enim in Republica majus dedecus existimetur asserre adulterium uxoris, quam viri, idè vir criminaliter accusare uxorem adulteram potest, non verò uxor virum adulterum. Sed prosequamur cætera, in quibus sunt pares.

3. Rursus ergo, quia, fracta fide, absolutum Jus habet innocens ad recedendum, idèd, quocunq; h elapso tempore, celebrare conjux innocens Divortium poterit, nisi fortè is remiserit, vel quid acciderit, propter quod dictus innocens ejusmodi Jus amisit de qua re mox §. sequ.

Quid hic veniat nomine Adulterii?

4. Tota difficultas hic in eo versatur, ut videamus, quidnam intelligatur nomine adulterii, ad hunc effectum divertendi? Nam ad affectum deponendi illud Sacramentaliter apud Confessarium, diximus e alibi.

5. Breviter, Afferò Primò, nomine adulterii hic intelligi copulam carnalem consummatam, sive naturalem, sive Sodomiticam activam, vel passivam, sive etiam Bestialem. Ratio universalis est; quia tunc frangis conjugii fidem, quando tuam carnem, quam illi uni conjugii promiseras, dividis

Tamburinus de Sacramentis.

cum aliis; at dividis, cum copulam consummatam habes cum dictis. Ita cum communi Sanchez, d & de copula Sodomitica, ita expressè Sanctus e Thomas, alique, undè, propter paritatem rationis, idem dicere cum aliis debemus de Bestialitate. *San. l. 10 mat. d. 4. n. 3. & 4. e S. Th. Sd, tate. Henr. G.*

6. Scio Pontium, f quem sequitur Aversa, g excludere Sodomiam (& sanè propter paritatem suæ rationis deberet etiam excludere Bestialitatem) quia, inquit, visio carnis non fit per infusionem seminis in alienam carnem, sed propter mixtionem seminis in semine, seu cum carne alterius in vale apto ad generationem, id, quod in sodomia non contingit; scio, inquam hoc, sed, quia ipsemet Pontius h tandem fatetur, in praxi excipiendam esse opinionem communem, ab ea nobis recedendum non erit. *Hurt. & innumeri ap. Leand. d. 26. mat. q. 11. Pont. l. 9. c. 16. n. 5. Av. q. 23. mat. sec. 1. Hinc tandem. Pont. l. c.*

7. Quid de Sodomia cum propria uxore:

Respondeo, hanc puto, non venire hic nomine adulterii, quia verè tunc non est perfecta divisio cum alterius carne. Ita cum communi Sanchez loco citato. Esset tamen sufficiens causa Divortii temporalis, quando conjux alium sollicitaret ad ejusmodi peccatum, juxta ea, quæ mox dicemus §. 7.

8. Afferò Secundò, tactus impudicos, oscula, pollutionem ipsius conjugis extra vas, etiam procuratam alienis manibus, seu instrumentis, immod, & copulam sine seminis emissionem non intelligi hic nomine adulterii, quamvis hæc fiant cum animo perveniendi ad adulterium. Ratio horum omnium est, quia hi non sunt actus perfecti contra datam fidem, cum non dividant carnem conjugis cum alterius carne; Nam propter eandem rationem, nec nomine adulterii hic venit copula cum fœmina mortua, quia illa non est vera caro, sed veluti statua lapidea. Ita Sanchez & alique. *i San. Fill. Bona. alioque apud Leand. l. c. q. 8. 9. & 10.*

9. Dictum est semper (hic) nam certum in ordine ad Confessionem esse ejusmodi peccata, adulterii, alibi k docui, ut monui numero quarto. *k In Meth. Confess. l. 2. c. 7. 8. 6. & rursus l. 7. in Dec.*

000

§. III. c. 3. §. 1.

b. Math. 19.

1. Matth. 19.

b. C. Ad. movere §. 2.

c. In quæ. Con. lib. 2. c. 7. §. 6.